

Theodericus de Monte, rector sancti Benedicti capellae, fateor pateatque evidenter singulis, quod non inveni in registris praecessorum meorum, quare oppidum Trotmannorum (sic nominabatur a praedecessoribus meis in registris eorum) modo vocatur Tremonia. Hoc audiavi ex relatu veridicorum, quod dixerunt, se certitudinaliter^a scire, quod antiquitus erant duo milites in oppido, qui erant fratres et dicebantur teutonice vel vulgariter 'van den dren Tynnen'^{b.1}. Isti duo fratres valde erant potentes in oppido, quod totum oppidum erat in manibus eorum constitutum et nullus eorum praeceptis contradicere audebat, et omnes literae, quas oppidani scribebant, eorum sub nomine fiebant. Et propter hoc vicini circumquaque iacentes oppidum nominabant 'Tremonia', quasi tria moenia². Et intellexi, quod eorum tempore civitas tota incendebatur cum domo consilii vulgo Raithuis³. Quia tunc omnes copiae et gesta antiqua comburebantur et sic postea multa gesta collegerunt. Ego autem ex registris capellae accepi, quod a sancto Nicolao usque ad portam Teloniarum⁴ illa pars incombusta^c permansit, propterea dicitur illa pars antiqua civitas (prius antiqua villa dicebatur), reliqua combusta [pars] civitatis, quia tunc noviter reaedificabatur, [nova dicitur]⁵.

Et postmodum immediate post primam combustionem fratres Minores in oppido coeperunt^d aedificare et ordinem eorum scilicet claustro augmentare⁶.

a) C 'certitudinabiliter'.

b) In B am Rande von derselben Hand 'forsan die muirude gewesen' [!].

c) 'incombusta — antiqua' fehlt B. Die ganze Stelle ist schlecht überliefert.

d) A 'coeperunt' verändert in 'incoeperunt'; B 'inceperunt';

C 'coeperunt'.

1) Die Familie 'van den dren Tynnen' in Dortmund vermag ich nicht nachzuweisen. Eine Münstersche Familie von Tynnen s. Fahne, Westf. Geschl. 2) Ganz anders ist die Ableitung des Namens 'Tremonia' bei Nederhoff S. 11 ff. 3) Gemeint ist hier der Brand, der Dortmund wahrscheinlich im J. 1232 verheerte. Erwähnt wird derselbe in den Urk. K. Heinrichs d. d. 1232, Sept. 30 und Friedrichs II. d. d. 1236, Mai (Rübel, UB. I, N. 71. 74). Das heute noch erhaltene Rathhaus, welches im J. 1241 urkundlich erwähnt wird (ib. 78) ist eines der ältesten in Deutschland und stammt 'seinem Hauptkörper nach höchst wahrscheinlich aus der ersten Hälfte des 13. Jahrh.' (Lübke, Mittelalterliche Kunst in Westfalen S. 311 ff., Tafel XXVII, Fig. 2, 5). Es wird also wohl gleich nach diesem Brande erbaut worden sein. 4) S. S. 545 Anm. 3. 5) Die Dominikanerchronik und nach ihr Westhoff führen diese Bezeichnung Alt- und Neustadt auf den Brand von 1297, April 26 (Rübel, UB. I, N. 253) zurück. 6) Das ist richtig; denn 1287 und 1288 (Rübel, UB. I, N. 186. 187. 208) wird eine Niederlassung der Minoriten in D. erwähnt. Dagegen knüpft die Dominikanerchronik diese Nachricht irrig an den zweiten Brand vom J. 1297. Dasselbe thut Westhoff, der übrigens mit Bezug auf die Nachricht in unserer Chronik sagt: 'Nach dussem brande (sc. 1297), die in etlichen schreiffen die irste brandt genandt werdt, hebben die Minorbroder s. Francisci ordens binnen